

**Ihs**

dominica

in octava

pasche etc

**147112**

Nh  
1236





EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN;  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

DL 7

T. G.  
zer  
II. O  
Lg  
III. O  
IV. O  
V. O  
VI. O  
VII.  
VIII.  
IX.  
X.  
XI.  
XII.  
XIII.  
XIV.  
XV.  
XVI.  
XVII.  
XVIII.  
XIX.  
XX.



<sup>xxx</sup>  
EPISTOLA

AD  
ILLVSTRISSIMVM  
ATQ; GENEROSISSIMVM  
PRINCIPEM AC DOMINVM,  
Dominum

IOANNEM GEORGIVM;  
*Principem ad ANHALT, Comitum Ascania,  
Dominum Servesti & Bernburgi &c.*

DOMINVM MEVM CLEMENTISSIMVM,

FOPPII ab ÆTZEMA  
Belgæ.



VVITTEBERGÆ,  
MDCCXCI. 10. Octob:

---

Typis VVolffgangi Meisneri,



AD  
MILITIAE  
ALTO GENTILISSIMO

JOANNEM GEORGIVM  
MAGISTRO  
DOMINUM

TOPPIA ET  
MAGISTRO

WITTEBERG  
DIE 19. OCTOB.

Typis Verlagsgesellschaft





**N**ixari imperium hoc firmo fundamine, &  
augmen

Sumere in occulto sentimus valdius ævo:  
Si pacis, fideiq; sacra, cultusq; Sacrorum  
Oppida & indigena se porgant usq; tenaces.  
Vita ibi avaritia & cæca cuppedinis expers;  
Quæ menteis hominum suadent transcendere finem  
Iuris, & interdum graviû scelerum esse ministras.  
Heic cives licitis rem conditionibus augent,  
Solaq; semotis stat honesti cura negoti  
Fraudibus: Emergunt non vi, neu fœnore in altum.  
Agricola campum (ut prisco gens Romula saclo)  
Bubus arant patriis, statuuntq; feracia rura  
Reddere vel triplicem misso pro semine frugem.  
Iupiter! ut dulce est hac inter commoda rerum  
Puro animo magmenta suum vidisse Penatum,  
Quæ speciunt privos, quæ publica munera, quæ res  
Imperij, & rerum qui Princeps prima gubernat.  
Regem etenim Natura, Deum quem nomenclamus,  
Esse caput dedit, & mundo præesse regendo.  
Qui pater ut gnatos subiectum dedita servet  
Pectora ab omnimodo sortis liberrima casu.  
Volnera vitæ passim nascentia, quo sit

A 2

Qui



Qui medeatur, & exemplo luceſcat honorus,  
Ceu ſtellas inter media ſub nocte minores  
Phoſporus, aut flammas imitans ardore Pyropus,  
Sive armis opus eſt, ſeu qua felicior armis  
Malit ſua vi loquã legum ratione regi res.  
Muſa Dices itiner memora: via perſica qua ſit  
Seruare incolumem ſub ſanis moribus orbem.  
Prima ſacerdotum ratio; quos ſelige, Princeps,  
Primores populi diuerſa examine doctos.  
Rite facultatis: ſint & qui iura miniſtrent,  
Sint alij quorum reſpublica flagitat uſum.  
Qui fas atq; nefas ab honeſtis utile diſtans,  
Publica qui priuis, & quid ſit regia uirtus,  
Principibus qua digna uiris cum ſocrate pandunt.  
Nam quid in humana firmum ſtatione? quid ex perſ:  
Diſidij, Themis alma, foret ſine numine ueſtro?  
Paſcua rura, uagis uerrentibus æquora nautis,  
Compoſitæ gentes in auita religione,  
Urbesq; & populi florentiaq; oppida regum  
Tuta Deæ numen rorunt precibusq; fatigant.  
Fortis ANHALTINVM heroum domus incluta cla-  
Claret: aui inuicti quouis numerantur a uorũ, (ret,  
Preſcripto ueteri-leges ac arma tuendo.  
Vtraque conſtituunt pacatas ciuibus urbes.

Alte.



Alteriusq̄, eget alterum opis. Vis Consilij erperis  
Proruit & propria meditatur mole ruinam.  
Nestor in Argivis jam multis debilis annis  
Et bello imbellis prudenti pectore vires  
Pensat, inexhausti non ultima causa duelli.  
Hinc sapiens avo quondam dicere nepotum  
Magnanima gentis decus & lux, lane Georgi,  
Consilij sapientum usus regimen tibi mactans.  
Di! quales animas (neque enim revocabo remota  
Exempla à nostro, Clarentum haud amplius, avo)  
Vidimus imperii rebus te adhibere senatum.  
Insigni quorum occurris memorande camœna,  
Magne vir, & Divis, Laurenti, nate secundis.  
Tunc Bidermannus? genialis principis auris:  
Quoi dedit Inlustris per regnum summa tueri.  
Divulgata Poli tua pridem gloria transit  
Sidera ab ingenio & rerum successibus felix,  
Qui talis tantusq̄, cluis simul omnia ut in te  
Naturæ eniteant Thesauro è divite dona.  
Est animus tibi, sunt mores facundia qualis,  
Et mite ingenium, interpretes sanctissime legum.  
Tuq̄, tua, Erneste à Kotschou, patriæ auree Titan;  
Qui super es laudes Phœbi ipsius osq̄, chelinq̄,  
Regula recta viri, cuius de pectore suada.

A 5

Con.



Consulto fluit & presentia corda revincit.  
Inter honoratos hinc vos Excelsior aula,  
Curam habet aspectu clementi deditus ultrò,  
Hec inquam & maior laudis mihi nascitur ordo;  
Si perpendo tuae praeclara insignia stirpis,  
Si gratum eloquium facundi pectoris, aut vim  
Doctrinae, insunuat qua mundi, VIENAVE, dynastis:  
Ore tuo Peitho, cerebro patrima virago  
Sedem habet, & solida firmat conamina mentis.  
O superet caput hoc: & eo tua, maxime, causa  
Sive heic sive alibi fuerit dicenda, valebit.  
Qualis! & è paucis, Princeps, praestante labore  
Charicus acceptus (donum regale) potitur  
Clementi voltu. quis enim fluitantia legum  
Dirigere è norma juris! quis reddere certa  
Promptior aut melior? salebris haut indupeditus.  
Gallia nil nitido loquitur sermone: nec hilum  
De Sophia Latium, quod non perspexerit olim.  
Sic, BALDVI NE, tuum cor nobiliore metallo  
Ingenioq; alacri, & vi mentis vivida ab usq;  
Iis annis finxit queis est cultura, Prometheus.  
Donicum & alma suis statuit te Hygiea patronum  
Arte Machaonia celebrem, Tua ut Enthea ferrent  
Dicta saluti ferum auxilium mortalibus agris.

Ergo





Ergo Ducis merito salves virtute Galenus.  
Nec mea inornatum patiar te carmine, STAREKI,  
Quem donis ASTRÆ a suis, & sacra Mathesis  
Pollentem ingenio caelestibus inserit astris.  
Magne Fave PEUCERE mihi, pars maxima laudis,  
Optime PEUCERE & nostro memorabilis ævo;  
Qui vitam è fluctu magno densisq; tenebris  
In tam tranquilla & tam clara luce locasti.  
Quis potis est isthac pro maiestate tuisq;  
Sacula quæis ditas nascentia digna repertis  
Fingere? siue animum, seu specto reperta medendi.  
Si quid erit lustrasse hominum politeuma, remotis  
Querere si quid erit præclaras urbibus arteis,  
SALMUTHI, æoliis viues dignissime plectris.  
Nempe est? Paoniis qui te præcellat in hortis?  
Nempe est quod templo Tritonia condit in imo,  
Quin totum ingenio mature prænderis ipsum.  
Hactenus his. Neq; enim ignotorum CHARILUS au-  
Pulsabo. Tuq; una mea, generose VARELE, (res  
Materies fueris Musa, si fauerit aura.  
Et te inlustris amans Heros dedit alta tenere ::  
Heros regna suis augens sapientibus orsis.  
Vidi Palladias quas doctrina edidit arces,  
Templa novem Musis Clarioq; sacrata parenti,  
Te



Te, Ser-vesta, quibus celebrem gens dis-sita no-uit.  
His sine religio & virtutum debile languet  
Semen, & indugredi quovis vis corda renutat.  
His sine nullus honos Divum: Sunt illa Themiston  
Primi hominum fontes, quorum consulta per auras  
Scandere, & optatam pacis donare quietem,  
Pridem inquam, & dubiis servare equalia rebus.  
Et dubitamus adhuc virtutem tollere versu?  
Dirve quibus calo Princeps te laudibus equem!  
Si mirer vestrum monumenta inlustria avorum,  
Fortia facta patrum, & sacris in postibus arma,  
Tanta Sophocleo veniunt narranda cothurno.  
Regales domuum en moles! operumq; labores,  
Egregiasq; urbes: decus & tutamen in illis.  
Magna quidem dixi debens maiora; potis sim  
Si ræstare mage; & dextro nisi tempore Foppi  
Verba per attentas non ibunt Principis aures.

FINIS.





Wk 1235.

oo

f



ULB Halle 3  
 002 819 279  


an 31 nur verknüpft JA → OL  
 f1-5 # 40 Stück  
 f23


VD 17 ne











<sup>XXX</sup>  
EPISTOLA

AD  
ILLVSTRISSIMVM  
ATQ; GENEROSISSIMVM  
PRINCIPEM AC DOMINVM,  
Dominum

IOANNEM GEORGIVM;  
*Principem ad ANHALT, Comitem Ascania,  
Dominum Servesti & Bernburgi &c.*

DOMINVM MEVM CLEMENTISSIMVM,

FOPPII ab ÆTZEMA  
Belgæ.



VVITTEBERGÆ,  
MDCXCI. 10. Octob:

Typis VVolffgangi Meisneri,

25

